ac earum prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia parii simplicibus vel triplicatis, euasionibus, suspensionibus, fatalijs Iuris, praescriptione Terrestri, bello, Conuentioneque ac alijs omnibus Iuris remedijs et defensis non subterfugiendo, nec modo alio quouis euadendo, Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Vigore Laudi Feria Tertia post Festum Sanctissimae et Indiuiduae Trinitatis proxima Anno Domini Millesimo 6.6. gno Ilnicki Ilnickiemu Donat

18/VI 1669

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitan. Praemislien. Nobilis Stas Ilnicki Jantzowic, sanus mente et corpore existens, a Terris, Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusque suis quibusuis proprijs et competen. recedendo, Praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemislien. Iurisdictioni quoad actum huiusmodi attinet secum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo palam, libere, publice, ac per expressum recognouit. Quia ipse bona sua propria et haereditaria infrascripta Videlicet Zagrodę inter metas ex vna Nobilis Iacobo Maytkowski ex altera vero parte fundorum Regalium po Kierzerbie in bonis Villa Łosinice, Terrae et Districtu praesenti Praemislien. iacen. et consisten. Cum omni praemissorum Iure, Dominio, proprietate et haereditate tituloque haereditario cumque omnibus et singulis, bonorum eorundem vtilitatibus, fructibusque prouentibus, redditibus, Commodis, emolumentis, obuentionibus, attinentijs et pertinen. generaliter vniuersis, Nihil ex praemissis Iuris Dominij proprietati, haereditati, ac Caius suis Competentiae exprodrogatum praeter

Rozni

Recognoscente suisq successoribus aut quopiam alio reseruando seu
excipiendo, verum prout eadem bona ipsemet Recognoscens tenuit
habuit et possidebat, ipsumq concernebant, ac eidem legitimè per-
tinebant, Iam exnunc et de facto Nobili Halo Hnicki Rybczyc eiusq
posteris, dedit, donauit, inscripsit et resignauit. prout dat, donat,
ac titulo puro, mero, perpetuo, ac irreuocabili Donationis inscribit
et resignat perpetuo et in aeuum irreuocabiliterq. In quo quidem
bona suprascripta, praemissaq omnia praetensa per se Recognoscens do-
nata idem Recognoscens Nobilis Stas Hnicki Darozzowicki praeno-
minato Nobili Halo Hnicki Rybczyc Donatario suo, eiusq posteris ca-
exnunc et de facto coram officio praesenti dat et admittit realem In-
tromissionem, et actualem pacificamq possessionem, per Ministerialem
quemcunq competentem et Nobiles duos die quacunq voluerit offi-
ciosè acceptari, Per ipsum nobilem Halo Hnicki Rybczyc Donatarium
suum eiusq posteros haec eadem bona praesentibus donata, cum omni
Iure Dominio, proprietate, competentiaq et praerogatiua quauis, te-
nendi, habendi, et possidendi; illisq quietè et pacificè vsufruendi
ac ad suos, suorumq successorum, quosuis beneplacitos vsus fructus
liberè et effectualiter conuertendi, perpetuis et aeternis tem-
poribus. Debetq et tenebitur memoratus Recognoscens prout
se ac suos successores, in et super bonis suis generaliter omni-
bus, summisq quibusuis pecun habitis et habendis suprascriptos
Donatario suo inscribit et obligat praesentibus. ipsum et eius suc-
cessores in dictis bonis praetensis donatis, praemissisq omnibus
et ratione eorundem omnium, ab omni et quauis impetitione Iuri-
dica, quarumcunq personarum, Cuiuscunq conditionis status et le-
gis Cuiusuis existen ex occasione suprascriptorum, modo quouis exori-
unda per omnes praescriptiones terrestres, prout ad quamlibet personam
terrestris spectat et pertinet praescriptio, in omni Iudicio et officio Regni
semper toties quoties opus fuerit, tueri, defendere, euincere, intercede-
re et eliberare, indemnemq eum posteris reddere, nec non bona praefa-
ta, praetensa resignata, ab omnibus in genere Iuribus, et Inscriptionibus,
Iuramentis et possessionibus, super eisdem bonis praetensa per se Recognoscen
donatis

donatis Cuiuscunque personarum modo quouis factis et faciendis, tum etiam à quibusuis Citationibus super eadem bona praemissaque omnia praesentium resignata importatis et importandis; Lucris denique et Perlucris, Processibusque Juris quibusuis, in quocunque puncto et gradu Juris dependentibus, et in quouis Judicio et officio Regni obtentis et obtinendis, ac super praemissis omnibus praesentium resignatis modo quouis perductis et perducendis, emundare et eliberare, mundaque et libera semper facere, ac etiam Intromissionem praefatam coram officio praesenti admissam in fundis bonorum praefatorum praesentium resignator, dum per Ministerialem et nobiles duos officiose requiretur non denegare, imo debebit et tenebitur eandem libere dare, et effectualiter admittere, datamque et admissam eandem Possessionem et vsumfructum praemissorum omnium et singulorum, quouis modo per se, quam per suas quasuis submissas et subordinatas personas non praepedire nec adimere, ipsumque Donatarium suum ac ipsius Successores in dictis bonis praesentium resignatis tam in toto quam in quauis minima parte non inquietare, ita ut eadem bona praemissaque omnia cum vniuersis eorundem vtilitatibus et vsufructibus is idem Donatarius suus cum suis posteris quiete et pacifice praesentium Inscriptionis Donationis vigore tenere, habere, et possidere queat, illisque frui possit, perpetuo et in aeuum irreuocabiliterque, Idque sub Damnis Terrestribus, simpliciter absque corporali Juramento taxatis et edicendis, Per eundem Recognoscentem vel eius posteros suprascripto Nobili Stalo Hnicki Rybczye Donatario suo aut illius posteris ob non completionem praemissorum omnium et singulorum tam in parte quam in toto, toties quoties opus fuerit ad soluendum succumbendis. Pro quibus quidem Damnis Terrestribus simpliciter absque corporali Juramento taxatis modo praemisso ad soluendum succumbens ac pro re aliqua principali ex praemissis non completa complenda Citus existens memoratus Recognoscens Nobilis Stas Hnicki Jaroszewicz, siue eius Successores, Ad Instantiam praefati Nobilis Stalo Hnicki Rybczye Donatarij sui vel eius posterorum, ad officium praesens Castrense Capitaneale Premisliense, ex tunc recessu suprascripto quoad respondendum spectat mediante, semper in primo Citationis Termino tanquam peremptorio stare iuri parere, respondere, Damna praetaxata Terrestria luere, Instantiae huic satisfacere, ac omne iudicatum pati debebit [illegible]

[illegible] suos

ac suos successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus Illum Terminum primum peremptorium, et alios omnes exinde consequentes p[er] se eiusdem Terminos semper peremptorios verum infirmitate pro maiori, minorennitate Successorum, Legatione intra vel extra Regnum, Servitio militari, ad munimenta, ad evictorem, vel alijs quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo, Adquietationem praeterea ultra proximos Officij praefati Castrensis Capitanealis Praemislien[sis] Terminos, dilationem sibi non recipiendo, nullasque motiones, appellationes, ac earum prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia poenis simplicibus vel duplicatis, evasionibus, suspensionibus, Fatalijs Iuris praescriptione Terrestri, bello, Conventioneque ac alijs omnibus Iuris remedijs et defensis non subterfugiendo, nec modo alio quovis evadendo, Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia et singula mediante.

Idem Alteri Obligat.

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castren[sibus] Capitalibus Praemislien[sibus] Nobilis Stas Hnicki Jaroszowic Sanus mente et Corpore existens, à Terris, Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusque suis quibusvis proprijs et competen[tibus] recedendo, praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemisliensi Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet secum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando, atque subijciendo palam libere, publice, ac per expressum recognovit. Quia ipse bona sua propria et haereditaria in frasoni pta, videlicet Zagrodę na Kropiwnisku inter metas ex una Nobilium Hnicki Rybcrat, ex altera vero parte Nobilium Jaroszo Nobilium Hnickich od Potoka Łosinca do Miedze Rybcrat in longitudinem se se protendentem in bonis Villae Łosiniec Terrae et Districtus praesentis Praemislien[sis] iacen[tis] et consisten[tis], cum omni praemissorum Iure Dominio proprietate, titulo obligatorio, cumque omnibus et singulis sortis eiusdem utilitatibus, fructibus, proventibus, redditibus, commodis, emolumentis, obventionibus, attinentijsque et

pertinen[tiis]